



Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Regula I. Nam & ego filius fui Patris mei, tenellus & unigenitus coram
matre mea, & docebat me, atque dicebat: suscipiat verba mea cor tuum,
posside sapientiam. Prov. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

184 *Consilia Sapientia*,
ostende ei tantum partem tui amoris,
minimum coperias tuas debilitates. Tu
obligatio & felicitas sit, ipsi prudenter
inspirare, sed recordare, quod hoc
efficies, nisi te per amicitiam redda
amabilem.

ARTICVLVS SECUNDVS

*De Regimine sui erga propria
Proles.*

REGULA PRIMA.

*Nam & ege filius fui Patris mei, n
nells & unigenitus coram matr
mea: & docebat me, atq; dicebat
suscipiat verba mea cor tuum
Posside Sapientiam. Prov. 4*

PARAPHRASIS.

*Fueram & ego olim juvenis, dicit Sal
omon, & puer quem amabat pater, &
regebat mater mea, quae me multe
diligebat, & semper apud se reine
bat, ut tot instructiones acciperem
que*

quot signa amoris recipiebam. Tempus nunquam inutiliter transigebam, quia dum luderem & acciperem meae etati decentes recreaciones, voluit ut essem semper sedulus, & haberem cor apertum ad audiendum, quia semper aliquam dignam sententiam proferebat: ipsius discursus ordinariè fuerat. Fili mi, ama sapientiam & virtutem super omnia bona mundi; Reliquum non est, nisi vanitas. Id verum bonum est, quod te honestum reddit hominem, & in hoc, quod Deus in te laudat, veram pone ambitionem. Observa ejus legem, & obediens ipsius voluntati. Non recordare id quod didicisti, ut ejus gratia felicitatem possideas, non illam derelinquas ob quamcunq; violentiam, quam posses sufferre. Nil timemas: Ipsa te conservabit, quamdiu tu eam retinebis.

REFLEXIO.

Quod prudentia etiam in parvis rebus magnas habeat inventiones, & quod habeat unam sublimem politicam quoad regimen alicujus infantis, qui vix

186 *Consilia Sapientiae*,
vix de utero matris egreditur, hisce
debis pulchra & utilia, difficulter tamen
imitabilia consilia.

Nempe amare tenerrimè aliquam
prolem, & ipsam omni occasione dilig-
gere, ita tamen ne flos suæ ætatis, & can-
dor innocentiae & simplicitatis destru-
tur, eam domi suæ retinere, ita tamen ne
ad hoc cogi videatur: Ipsam continet
in timore & obedientia, ita tamen, ut
illi libertas subrepatur. Ipsi infundere bo-
nas inclinationes, & facere ut inclina-
ad bona, ita tamen ne ulla violentia quo-
genio adhibeatur.

Facere taliter ne perdat respectum in-
ter familiaritates, nec amorem inter cor-
rectiones; Nec tempus ludendo, ut
semper addiscat aliquid ad Sapientiam
acquirendam, & ut in qualibet re, quæ
ipsi accidit, magis in prudentia & pietate
instruatur; ut habeat suam recreatio-
nem in præsentia sui patris & matris,
quamvis hi non patientur ejus errore,
ipsa nihilominus non sit contenta, alibi
quam apud parentes retineri.

Ut cognoscat, quod reprehensiones,

qua-

quas patitur, proveniant ex benignitate,
& ut suam matrem tam bene amet, dum
minatur & excipit, quam dum diligit;
Ut parentibus paria signa veri affectus
demonstret, dum severè eam objurgant,
quam dum gratias & dona conferunt.

Ut assuecat etiā minimas displicantias
suæ matris sumere pro magno infortu-
nio, & ut nullam severiorem timeat pce-
nam, quam tristitiam suæ faciei & si-
lentii.

Ut cum lacte ipsi imprimantur primæ
dulcedines veræ devotionis, ita ut ipsius
animæ hæc fixa permaneat regula:
quod non sit in terra major felicitas,
quam vivere secundum leges rectæ ratio-
nis & justitiae; Ut ipsi sœpius hæc eadem
res differentibus modis inculcetur, ita
tamen ne ex frequentiori auditu disipli-
centiam accipiat; Et ut ipsi aliqua bo-
na instructio detur oportuno tempore,
dum forte ludit aut cor apertum gerit,
quò facilius verba ingrediantur, & ut
sentiatur complacentiam, dum addiscit ea
qua habet addiscenda. Hæc erunt exem-
pla inimitabilia.

R.E-